



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLVSIO QVINTA.

peccato hic temporaliter perpetrato, sic iugiter pro inuicem
orare debemus, sicut nos Christus docuit Matthæi vi. Sicq;
ego me ad scripturas remitto. Librum autem Machabæorum
relinquo scripturarum doctis.

D. E C K I V S.

Dicit quatuor dicta nondum euersa, auertata me deus,
quod ipse uelim dei uerbum euertere, sed falsus intellectus
cum quo Iusffy similes seducit, hunc ego cum scripturis op-
positis de peccatoru; correctione sine poena euerti. Ipse con-
fitetur deum post poenitentiam correxisse, nunc autem deus
iuustus non est, ideoq; & ille correctione dignus erat. Et si
aduersæ partis doctrina uera esset, haberet lucrum malus suæ
malitia, qui mane poenitentiam ageret sicut David, ipse pu-
nitur. Et qui in morte sua poenitentiam ageret, absq; ulla cor-
rectione, sine purgatorio ueniret in cœlestia gaudia, quod
non est possibile secundum communem iustitiae uiam. Addi-
ctum meum Iohannis nihil dicere nouit, quam ut pro inuicem
oremus, hoc nihil est dictum, oportet ut ostendat, sicut
Iohannes dicit, quare pro uno orandū est, & pro altero non,
hoc non sit h̄ic in uita. De libro Machabæorum in calamum
loqui non uult, nihilominus eius est opinionis cuius suus fra-
ter in Christo Zwinglius, q̄u hunc pro fabellarum librote-
net. Ego dico Augustinum hunc librum sacras literas non fe-
cisse, sicut Iusffy somniat, sed testatus est Augustinus ecclesiæ
am illum acceptasse librum in numerum sacrarum literarum
& hoc idem testatur datus Hieronymus. Ideoq; qui h̄ic non
acceptat librum sicut & alias sacras literas ecclesiæ non est ue-
rus filius, sed illegittimus Christianæ ecclesiæ. Neq; dicit Hie-
ronymus hunc librum non esse sacras literas, sicut Iusffy pro-
ponit, sed quod apud sinagogam Iudeorum non fuerit in
canone. Cum his Iusffy precor ut a suo errore desistat, sicut
alijs supplicauit.

Hh ij